Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quodcumque sit in mora periculum a nobis quantum est possibile depellamus
quia tue intencionis est non minus probari quam propria salute questinus
tenus insistant laborare. Sed quid ista loquendo distinguimus cum
vestram salutem dicimus nostram procul dubio nominamus. Intendimus
itaque quod non aliter civitas tenentur tam domi quam foris quam si
Bononia cum urbe nostra quinta sit non contiguis menibus continua
structura murorum. Immo certius enim est Civitates istarum quasi
divisas parietibus quarum Cives uniti sunt animis. Et ipsa .S. civis
cuique affeccionis et honestatis vinculum est quarum salus tam ex li-
bertatis studio quam ex antiqua dilectionis affectu adeo permixta
est quod nequeat separari. | Plura scribenda forent que scribenda non
venturis nostris oratoribus duximus committenda qui mox sunt ad be-
stitudinem propriam accessuri. Datum Flor. etc.

Regi Francorum

Serenissime et gloriosissime princeps et metuendissime domine
ac benignissime pater et singularissime domine noster. Si licet com-
visis si licet etiam exiliis et derelictis que etiam solum se cernunt a-
pud mundi principes conqueri. Quanto magis populo nostro qui vetustis-
simo devocionis habitu ut est desinis in nostris que prestant maiesta-
tem vestram respiciunt apud vestrum throni fastigium lamentari. Vos et-
enim quondam maiestatis nomine taliter cunctis et super omnes Re-
ges excellitis cum comparati vestre magnitudini non Reges sed reguli
debeant appellari et taliter super omnes christicolas eminetis et pre-
eminitatis vestre magnitudine decens est audire querelas gentium
et ipsis pro qualitate negociorum debitum facere remedium adhiberi. Hinc
est benignissime princeps quod nos ad clemenciam vestram utpote sin-
gularissimi filii pro violatione nostrorum oratorum quos ad serenitatis
vestre celsitudinem mittebamus specialiter duximus recurrendum ut ipsa
nobis iniuria sit illata vestra sublimitas videat et qualis ad super-
excellenciam vestram habita reverencia comprehendat. Sane cum nuper pro
quibusdam arduis negociis cum vestra serenitate tractandis quatuor
solemnissimos oratores ad conspectum sacratissimum vestri dyadematis mit-
teremus quorum duos speramus deo duce ad vestram presenciam perventuros
et unus ipsorum vir nobilis et miles prudencie videlicet Matheus
Jacobi [illegible] milleno transfretacionem maritimam paterentur ele-
git cum nobilissimo milite domino Philippo de Adimaribus alto ex sinus
sociis terrestri tramite prosequi ceptum iter qui cum intra limites
cuiusdam domini Lazarini qui se marchionem de Carreto vocari facit
devoti quidem ac astricti stipendiis magnifici fratris nostri Comitis
virtutum via prorsus inevitabili pervenissent prefatus dominus Laza-
rinus cum suorum latrunculorum quorum caput est multitudine dictos
nostros oratores cum omni societate sua reperit et spoliatos equis
vestibus et omnibus que habebant carceribus intruserunt. Cum-
que de causa cur hoc faceret requireret, apertissime testatus est se in-
ssu et ordinacione prelibati Comitis virtutum hoc facere. Ipsos velut
hostes prefati sui domini se cepisse videntes presenciam si iubeat tra-
smittantur. Mox quod dicto scripsit de captura predicta et domino illo
literam Civitatis pro liberacione captorum efficaciter insistenti rudit se
summe dolere quod septimus ipsorum et socios non habebat. Et demum post